Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

loquit ut omne os obstruatur et
subditus fiat omnis mundus deo.
quia ex opibus legis non iustificabit
omnis caro coram illo. Per legem enim
cognitio peccati. Nunc autem sine
lege iustitia di manifestata est testi
ficata a lege et prophis. iustitia autem
di per fidem ihu xpi in omes et super
omes qui credunt. Non est enim dis
tinctio. ℟ Confitebor tibi domine ds
in toto corde meo et honorificabo nomen
tuum in eternum quia misericordia tua
domine magna est super me. ℣ Et eripu
isti animam meam ex inferno inferiori.

Omnes enim peccaverunt. Quia
et egent gia di. iustificati gratis
per graciam ipsius per redemptionem
que est in xpo ihu. que proposuit ds per
piciatorem per fidem in sanguine ipsius
ad ostensionem iustitie sue propter remissi
onem precedentium delictorum in sustenta
tione di ad ostensionem iustitie sue in
hoc tempore. ut sit ipse iustus et iust
ificans eum qui ex fide est ihu xpi do
mini nostri. ℟ Misericordia tua do
mine magna est super me et liberasti
animam meam ex inferno inferiori.
℣ Deus iniqui insurrexerunt in me et for
tes quesierunt animam meam. et tu bastis.

Ubi est ergo gloriatio tua. exclusa
est. per quam legem. factorum. non.
sed per legem fidei. Arbitramur enim
iustificari hominem per fidem sine
opibus legis. An iudeorum ds tantum.
nonne et gentium. Immo et gentium.
quoniam quidem unus ds qui iustificat
circumcisionem ex fide et preputium per
fidem. Legem ergo destruimus per fidem.
absit. sed legem statuimus. ℟ Factus
est michi dominus in refugium et deus me
us in auxilium spei mee. ℣ Deus ultionum
dominus deus ultionum libere egit. et ds.

Non enim per legem SABBO.
promissio abrahe aut semini eius
ut heres esset mundi. sed per iusti
ciam fidei. Si enim qui ex lege heredes
sunt. exinanita est fides. abolita est pro
missio. Lex enim iram operatur.
℟ Domine exaudi orationem meam et cla
mor meus ad te veniat. quia non spernit
deus preces pauperum. ℣ De profundis cla
mavi ad te domine. domine exaudi vocem
meam. Quia non. II. Ubi enim non est
lex. nec preuaricatio. Ideo ex fide. ut se
cundum gratiam firma sit promissio omni
semini. non ei qui ex lege est solum. sed
et ei qui ex fide est abrahe. qui est pater
omnium nostrum sicut scriptum est. quia pa
trem multarum gentium posui te an
te dm cui credidisti. qui iustificat mor
tuos. et vocat ea que non sunt tanquam
ea que sunt. ℟ Velociter exaudi me do
mine quia defecerunt sicut fumus dies
mei. ℣ Dies mei sicut umbra declinaverunt
et ego sicut fenum arui. Quia defecerunt. III.

Qui contra spem in spem credidit.